Quelle: http://manuscripta.at/?ID=42092
Copyright: Bozen/Bolzano, Museumsverein (Depot im Stadtmuseum)



mus panes no stri annunciaue runt no bis o pus qd
opera ris es indie bus an ri quis. Johem.

In illo tp. Jam die festo mediante. ascendit ihs in templum
et docebat. Et mirabantur iudei dicentes. Qo modo hic lit
teras sat. cū non didicerit? Respondit eis ihs et dixit. Mea
doctrina non est mea. sz eius qui misit me. Si quis uolue
rit uoluntatem eius facere. cognoscet de doctrina mea utrum
ex deo sit. an ego a me ipso loquar. Qui a semetipso loquitur.
gliam propriam querit. Qui aut quirit gliam eius qui misit illū.
hic uerax est. et iustitia in illo non est. Nonne moyses de
dit uobis legem. et nemo ex uobis legem facit? Qd me
quitis interficere? Respondit turba et dixit. Demonium habes.
Quis te quirit interficere? Respondit ihs. et dixit eis. Vnum op
fea. et omnes admiramini. Propterea moyses dedit uobis
circumcisionem. non quia ex moyse est. sz ex patribus. et in sabba
to circumcidis hominem. Si circumcisionem accipit homo in sab
bato. ut non soluatur lex moysi. michi indignamini quia
totum hominem sanum fecerim sabbato? Nolite iudicare secun
dum faciem. sz iustum iudicium iudicate. Dicebant ergo quidam
ex ierosolimis. Nonne hic est quem quirunt interficere? Ecce pala
loquitur. et nichil ei dicunt. Numquid uere cognouerunt pn
cipes. quia hic est xps? Sz hunc scimus unde sit. xps uero cum
uenerit nemo scit unde sit. Clamabat ergo docens in tem
plo ihs. et dicens. Et me scitis. et unde sim scitis. et a me
ipso non ueni. sz uerus est qui misit me. quem uos nescitis.
Ego scio eum. Et si dixero quia nescio eum. ero similis uobis
mendax. Ego scio eum qia ab ipso sum. et ipse me misit.